

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sermones dominicales super evangelia et epistolas**

**Hugo <de Prato Florido>**

**[Nürnberg], 6. Mai 1483**

[Sermones XXXI (in quinquagesima) - XL]

[urn:nbn:de:bsz:31-311765](#)

ho que est vnum de lotorijs xp̄i missi a patre.  
Tercū est collirū bone opationis qd p̄tinet  
ad satisfactōes. Apoc.ij. Collirio inunge oculos tuos ut videas. Collirum fit ex frumento.  
Frumentum est xp̄c. Sic opera bona sunt ex  
xp̄o et in xp̄o et p̄ xp̄m. ysa. xxvi. Om̄ia ope-  
ra n̄ra opatus es in nobis domine. Et sic p̄t  
totum.

De epistola. Sermo. xxxi.

**S**i linguis homi-  
num loquar et angelorū caritatem  
aut̄nō habeat. fa. s. vc. es so. 2 cim.  
tin. j. Cor. xii. Hic ut epistola dñice precedē-  
tis sic et ista est valde longa. Nam totū. xii. c.  
p̄ie eple ad corinth. cōtinet. nec p̄ pauca con-  
grue expediri potest nisi sup̄ficiet enī ipsam  
transundo. Om̄inō ergo ip̄am breviter per  
currere intendo. quia dies hodierna lōgis ser-  
monib⁹ nō est apta. Intendit aut̄ aplūs in to-  
ta presenti epistola caritatem nobis p̄e oīb⁹  
alijs virtutib⁹ cōmendare et eius excellentias  
demonstrare. Et ideo in hac epistola quatuor  
facit. Primo em̄ ostendit. q̄ om̄es alie virtu-  
tes et dona sine caritate ad salutē penit̄ nihil  
valent. In principio eple. Secūdo ostēdit q̄  
caritas om̄i virtutum opa possidet. et exercet  
et om̄ia mala cauet. ibi. Caritas patiens ē. be-  
nigna est. Tercio ostēdit q̄ in futuravi-  
ta om̄es virtutes et dona euacuata cessabunt  
sed caritas nunc̄ excidet. ibi. Caritas nunc̄  
excidet. si. prophe. euacua. Quarto ex-  
cellentiam et maioritātē caritatis q̄si conclu-  
dendo subinfert. ibi. Nūc aut̄ ma. fi. sp. ca.  
Primo ergo ostēdit q̄ alie virtutes et do-  
na sine caritate nihil p̄ficiunt ad salutēz. Est  
aut̄ caritas ordinatus amor dei et proximi. vt  
sc̄ deus super om̄ia diligat. Deinde debē  
diligere p̄ximū in deo et ppter deūz tāq̄ nos  
ipos. Talis ergo amor caritas nō iatur. Et  
valde cōgrue ppter q̄mōr. P̄t ergo  
talis amor dicit caritas rōe ethimologie  
nois. q̄ caritas. i. cara res. Transcedit em̄ ca-  
ritas om̄ia virtuosa et valerosa. et sup̄ om̄ia  
cara magis valet. Hap. vii. Rec p̄. il. la. p̄ci.  
q. o. a. in. cō. il. are. ē. exi. et ar. nl. est in cō. illius.  
Etia caritas res cara est. q̄r. om̄e rārū carum.  
Perfecta aut̄ caritas raro innenit. Secūdo  
talis amor d̄r̄ caritas. q̄ rem cui inest facit ca-  
ram et preciosam. Homo em̄ p̄ caritatē car-  
est et p̄ciosus deo et sanctis et sine ip̄a ē vilis

et abom̄abilis. Et non soluz hoīem cui inest  
facit carū et p̄ciosum. sed om̄ia opacius red-  
dit cara vtpote valentia vitā eternā que ar-  
te nihil valebant. Unde paleas facit aurum  
Tercio dicit talis amor caritas. q̄ canissime  
cōiungit rei. sc̄ deo. i. Job. iii. Deus ca. ē. q̄  
ma. in ca. in deo ma. et deus in eo. Per amo-  
rem em̄ bō in deū trāsformat. Ps. Ego di-  
xi dij estis. s. p̄ amore. Quarto talis amor  
dicit caritas. q̄ ad rem caram ducit. sc̄ ad vi-  
tam eternā. quia gloria correspōdet carati.  
Tantū em̄ q̄sq̄ habebit de gloria. qnātū ha-  
buit de caritate. vnde Aug. di. Opera bona  
non ex quātitate sui. sed ex caritate sui plus  
vel minus. p̄sunt. Impar quidē facultas est  
multū vel parum dāni. sed non impar cari-  
tas. Et iō tātū ē dare calices aque quātū fuit  
zacheo dare dūmīliū patrimonij. Huius  
ergo caritatis excellentiā aplūs hic demon-  
strat. qd̄ facit dum p̄ primo ostēdit q̄ om̄es vir-  
tutes et dona et aīa bō ōda s̄i caritate nihil p̄  
ficiunt qd̄ salutē. Et hoc p̄bat p̄ inducōem  
In duendo in actu locutōnis que ē mediz  
inter actū interiorē et exteriorē. Locutio em̄  
constituit ex interiori intentione. et citēnou-  
platione q̄ loqui est cum intentione profer-  
re. Itēz inducēdo in actu mentis interiori q̄  
est prophetia et cognitio et scientia et fides et  
bm̄oi. Et in actu opis exterioris vt est elemo-  
sinā facere et scīpī martirio exponere. Et  
hoc vult intelligi om̄ia alia bona: q̄ s̄i canta-  
te haberet possunt. Primo ergo inducō in  
actu medio inter interiorē et exteriorē qd̄  
est loqui: dices. Si linguis hominū loquar  
i. si habuero donum linguarū vt linguis om̄iu-  
num sciām loqui. vt apostoli. et angelorū. qui  
lingua sua loquuntur et cōceptus suos et vo-  
luntatem dei sibi indicant aliquibus nutibus  
et signis. Vell linguam hoīim appellat. queū  
q̄ humano intellectu cōcipi possunt. et bīa-  
na ratione inuestigari. Lingua nō angelorū  
qua dicūt̄ quecūq̄ q̄ nec sensu nec expūento  
nec bīana rōe p̄cipi possunt. Et solo intellectu  
a dei gratia informato. Si ergo sic mirabilē  
loquar. caritatem aut̄nō habeaz qua sc̄ pos-  
sum care et excellēter loqui. factus sum velut  
es sonans. qd̄ alios exigit ut campana. aut  
cimbaliū tinniens qd̄ alios dulciter delectat.  
q̄z vtrūq̄ se cōsumit. et alijs p̄dest. Et v̄ q̄  
duo tāgit. s. sonū eris q̄ ē grossior et correspō-  
det lingue hoīim. et sonum cimbali q̄ cōsider-

Quatuor facit in opis

# C Sermo

## .XXXI.

lio: et correspondet lingue angeloz. **E**t iterum  
**S**icut es et cimboliū nō sonant motu proprio. **s**  
impulsu alieno. ad alioz utilitatem et delecta-  
tōem. et nō ad propriam. sic qui predicit absqz  
caritate mouente spū: profert ea que alijs sunt  
utilia. et eos demulcent sed sibi non valent ad  
vitam eternam. **J**ob. xl. **O**ssa eius scz vehe-  
moth velut fistula eris. **D**ulciter em aliquā-  
do sonant. qui sunt ossa dyaboli. sed ipsi sine  
medulla deuotiois. **D**einde inducit i actu  
interiori d. **E**t si habuero prophetiam. i. futuro  
rum revelationē ad alijs nunciandum sic ha-  
buit balāā et saul. i. **R**eg. x. et cayphas **J**ob.  
xj. et nouerum misteria omnia veteris et no. te-  
ita ut in sapia que est supra humānum intel-  
lectum pfectus existam. ut iudas qui fuit de  
numero apostoloroz quibz dominus dicit **N**at.  
vij. **G**lobis datum est nosse misterium regni dei  
**I**psa etiam dyabolus misteria dei scinit. **E**ze.  
xxvij. **D**ñe secretum nō est absconditū a te.  
**E**t oēm sciāz habuero sup. q̄ ē de eis ad que  
p̄ attingē hūanuſ intellect⁹. **E**t si habuero  
oēm fide. i. pfectā fidē de omibz que sunt ne-  
cessaria ad salutem. ut de creatore et creatu-  
ris de angelis et animabus. de inferno et para-  
diso. ita ut montes transferam. i. montes trāſ-  
feri a deo p̄ fidem impetrem. **N**am virtute  
fidei aliquando miracula fiunt etiam a malo  
homie. **S**ic alexander qui habuit tantā sidez  
licet informem: ut ad p̄ces suas montes ca-  
spī sint coniuncti. et intus indei inclusi. ut dicit  
iosephus **M**ath. xvij. **S**i habueritis fidē sic  
granum sinapis dicetis monti huic trāſi hinc  
et transibit. **S**ed quare attribuitur miraculoz  
operatio magis fidei q̄s alij virtuti. **E**t dicen-  
di est q̄ hoc est ideo. q̄ fater̄ omnipotentiam  
dei. **O**mipotētie aut̄ attribuitur virtuosa et mi-  
raculosa operatio. **I**tem fides eleuat hominē  
sup̄posse nature. et ē de his que naturā supe-  
rat. et sic p̄petit ei ut det posse s̄nāz ut p̄ pos-  
se s̄nāz cōfirmet fides sup̄ naturā. **S**ic si qua-  
tur quō fides que est sine caritate hoc p̄ me-  
teri. **D**icendū est q̄ non datur hoc fidei sine  
caritate de merito cōdigni sed congrui: si hoc  
exigat utilitas populi. **E**t si querit quō hoc  
potuit fides alexancrī cū esset infidelis. dicen-  
dum ē q̄ tunc sufficiebat credere vñū dñi re-  
munerationem bonoz. et punitorē maloz. qđ  
alexander credebat. **H**ebre. xj. **C**redere enim  
optet accedente ad dñi. q̄ ē. et inquirentibus  
sermūnator sit. glosa. **S**ine hac fide nullus

vñqz saluari potuit. sed modo talis fides nō  
sufficit. **S**i aut̄ opponat sine fide mediatoris  
nullus vñqz saluari potuit. et sic plus necessa-  
rium fuit credere q̄ illud qđ dictum ē. **D**icē-  
dum q̄ verum est q̄ sine fide mediatoris ex-  
plicita: vel implicita nunqz fuit salus et in illa  
montes transferri possunt. **S**i hoc inqz sine  
caritate habuero nihil sum ad vitam eternā  
acquirendā. **N**at. vij. **D**ñe nō in nomine tuo  
apphetauimus et demonia ejecim⁹ et virtutes  
multas fecimus. **E**t d. illis. **A**men dico vobis  
nescio vos. **Q**ui ergo caret caritate que dñs et  
summo esse coiungit scz deo totaliter nihil ē.  
**V**nde in persona peccatoris d. dauid. **A**d ni-  
hilum redactus sum et nescini. **D**einde indu-  
cit in actu exteriori d. **E**t si distribuero omnes  
facultates. in ci. pau. et si tra. cor. m. ita ut ar. si-  
cuit se. b. laurentius. ut dicit gl. **Q**uo nihil po-  
test esse pfectus opus misericordie. nec mai⁹  
signum dilectionis iuxta illud **J**o. xv. **M**alo-  
rem hac dilectionem nemo habet. id est maio-  
ris dilectionis signū. ut a. luā. i. vitam suaqz po-  
quis. p. a. suis. **C**aritatē aut̄ nō habeam nihil  
mibi prodest. scz ad vitam eternā obtinendā.  
**P**rodest aut̄ q̄stum ad multa alia. **B**ona ei  
extra caritatē facta ad multa. p̄sunt. ut alibi  
patet. **E**t sic patet primū. **S**ecundū ostēdit q̄  
caritas oīm virtutū opa possidet et exercet. et  
omne malū cauet. q̄ ipa est forma oīm virtutū  
p̄ quā omes virtutes opant. et contraria oīm  
virtutū p̄hibent p̄ caritatem. **E**t exemplifi-  
cat hic. in xv. virtuosis opibz d. **C**ari. pa. ē scz  
in aduersis tolerandis. **V**nde em̄. p̄im⁹ ve-  
raciter diliget. inde illata aduersa ab illo forti-  
ter tolerant. **S**icut em̄ aurū dilatat. p̄cussuz.  
sic caritas in aduersis p̄ficitur cū libenter pa-  
tit. **J**ac. i. patiētia opus pfectum habet. **D**ōs  
**D**um supbit ip̄o p̄sequēdo. incendit paup-  
ip̄m plus et plus diligendo. **I**te benigna est.  
scz in reuelādo miseras. p̄ximoz glo. i. larga  
egenis. **I**tez nō emulat. i. nō innidet bono in  
alio cōsiderato. **G**all. v. **N**ō efficiam̄ inanis  
glie cupidi inuicē. p̄uocātes. inuicē innidētes  
**I**te nō agit p̄peram. i. puerse bonū i altero p̄  
sequēdo. qđ ē magna pueritas. **P**rouer. vij.  
**N**oli. p̄hibere eū. q̄ p̄ bene facere si potes et  
i p̄e benefac. **I**te nō inflat de bono habito su-  
p̄biēdo. nec cōtra dñi nec p̄im⁹. **M**ulti em̄  
ex bonis que habēt inflant et tēdignāt mīo-  
ribloq. **S**ap. iii. **D**irūpet de illos inflatos si-  
ne voce. **I**te nō ē q̄mbitiosa bō mīndi habēdi

**I**n multis cī nō ē caritas. qz mlti dignitatis ho-  
nores et prumatū ambiunt vebemēter. Con-  
tra quos Eccl. vii. Noli querere ab homine  
ducātū. neqz à rege cathedrā honoris. Qul-  
ta em pericula sunt ibi et multos pīlitarī vi-  
dimus. Item nō querit que sua sunt. scz repe-  
tendo qz cōtentōem si fuerint ablata. Luc. vi.  
Qui auferit que tua sunt ne repetas. scz iudi-  
cio cōtentioso. Hoc est cōsiliu. Uel nō que-  
rit que sua sunt. i. pīra bona et commoda. s  
cōmūnia bona. pīris anteponit ut dīc. Aug.  
i. Coz. x. Non querēs qd mibi vtile est. s qd  
multis. Phil. ii. Non que sua sunt singuli cō-  
siderantes. sed que alioz. Item nō irritat scz  
vindictā appetendo. qz nō habet inten? iram  
que est appetitus vindicte. Jac. i. Ira viri iu-  
sticiam dei nō operatur. Sed cantas dei iusti-  
ciā operatur. et ideo nō irascitur neqz irrita-  
tur. et si habeat aliquādo aliquā animi cōmo-  
tionem. Et si obīciatur qz ipē deus irritatur.  
Ezech. xxvii. Irritauerūt me et noluerūt me  
audire ergo multomagis caritas creata. Di-  
cendum est qz irritatio que est cōmōtio ani-  
mi ad vindictam. hec non cadit in deum nec i  
caritatem. et de hac loquitur hic. Irritatō nō  
que est inflictio pene vīscētis peccati sine  
animi cōmōtione. hec est in deo et in habenti  
bus caritatem. de qua nō loquitur hic. Item  
non cogitat malū. scz cum cōsensu deliberato  
Ysa. i. Auferte malum cogitationuz vīraz ab  
ocul' meis. Itē nō gaudet sup iniquitate. s. qn vi-  
det inimicu ruere. vel aliquod iniquuz facere.  
Prover. xxvij. Cū ceciderit inimicu tu? ne cō-  
gandeas. et in ruina alteri? ne exultet cor tuū.  
Hoc ē em dyabolici valde. Caritas qz dyab-  
olica nō est. Eccl. xix. Qui gaudet sup iniqui-  
tate deuorabit. Itē cōgaudet veritati. scz p-  
dicare vī opera mōstrare. Jo. i. Maiorē horū  
nō habeo grām. qz vt filios meos audiā in ve-  
ritate ambulātes. Item omnia suffert. i. cū veri-  
tatem cognouerit opera virtutū que sunt ar-  
dua et diffīcilia viriliter portat sic iob. Jac. v.  
Sufferentia iob audiūtis. Itē omnia credit scz  
que veritas di. sicut abrahā. Gen. xv. Credi-  
dit abraham deo et reputatū est ei ad infīcī-  
am. Et nota qz nō di. omni credit. qz. i. Jo.  
iij. dicitur. Nolite omni spiritui credere. Eccl.  
xix. Qui cito credit leuis ē corde. Gen. Atz  
qz vicium est et in omni credere et nulli. Itē  
omnia sperat que deus promittit. quia omni  
potentem nō dubitat. Job. xij. Et si occide-

rit me in ipso sperabo. Item omnia sustinet  
per longanimitatez expectādo. sciens qz sum-  
ma bonitas nō auertit a bona voluntate. Eccl.  
ij. Coniungere deo. scilz per caritatem. et susti-  
ne. scz longanimitatez expectando. vt crescat in  
nouissimo vita tua. Item nota diffe-  
rentiam ex dictis. inter pati. sufferre et sustine-  
re. Pati em proprie est respectu mali penit-  
late. Sufferre nō est respectu difficultatis i  
agendo bonum. Sustinerē nō est respectu  
boni dilati. Est ergo caritas. Primo paties  
cōtra impatientes. Secundo benigna cōtra  
inimicos. Tercio nō emular̄ cōtra innidos.  
Quarto nō agit perperam. cōtra peruersos.  
Quinto nō inflatur. cōtra supbos. Sexto nō  
est ambitiosa. cōtra cupidos. Septimo non  
querit que sua sunt pīra augros. Octavo nō  
irritatur. cōtra iracundos. Non nō cogitat  
malum. cōtra versitos. Decimo nō gaudet  
sup iniquitate. cōtra dyabolicos. Unde-  
cimo omnia suffert. cōtra imbecilles. Tredeci-  
mo omnia credit. cōtra infideles. Quartodeci-  
mo omnia sperat. cōtra desperates. Quinto-  
decimo omnia sustinet. cōtra festinos pīperos.  
Et sic patet secundū. Tercio ostēde qz in  
futura vita omnes virtutes et dona euacuata  
cessabunt. caritas autē nuncqz excidet. s pīcīt  
et pīfecta īternū manebit. Ex quo magna ca-  
ritatis excellētia demonstratur. Et facit tria.  
Primo enim dicit qz caritas non excidit sed  
alia dona excidunt. secundo probat qz alia do-  
na excidant. per rationem: ibi. Ex parte enim  
cognoscimus. Tercio probat idem per duo  
exempla. ibi. Cum essem parvulus. Dicit  
ergo caritas nuncqz excidit. sed manet in pa-  
tria. qz nūc qz tū ad aliqua. scilicet qz tū ad  
actus exteriores et laboriosos excidat. qz tū  
em ad interiores semp manet. Non excidet  
ergo in futuro. sed magis augebitur. nec etiā  
excidit in presenti. et si aliquando refrigerescat  
Math. xxij. Refrigerescet caritas multorum.  
Attende tamē qz verum est. qz hī substātiā  
suā eadem caritas que est hic manebit. etiā  
in futuro. qz tū in se est: ab habente tamen  
potest abiungi si voluerit. Et si datur einō pos-  
se velle permanebit. Hiere. xxij. In caritate  
perpetua dīlexi te. ideo attraxi te miseras.  
Proverbioruz. xvij. Omni tempore diligat  
qui amicus est. id est qui i caritate diligat ha-  
bet quo potest si vult. omni tempore diligere

quia habet caritatem. **C**aritas ergo nunc est ex cedit. **O**mnia vero alia dona cessabunt sive sint prophetie que sunt cognitiones de futuris que omnino euacuantur. quia totum ibi erit presens et permanens. sive sint lingue. id est dona loquendi varijs linguis que ibi cessabunt. quia unica lingua. scilicet lingua dei omnes loquentur. **I**saie. lxxij. **D**onam vniuersos filios tuos doctos a domino. sine sit scientia que est per speculum creature et per cognitio nem censatum creaturam. que destruetur. quia per verissimam et intimam omnium causam omnia cognoscetur. **A**pocalip. xxij. **N**on egebunt lumine lucerne. quoniam deus dominus illuminabit eos. **Q**uomodo autem et quantum ad quid scientia destruetur magna questio est. **D**einde cum dicit. ex parte enim cognoscimus probat per rationem quod predicta bona scientie et prophetie debeant cessare. **E**t est ratio talis. **O**mne quod est imperfectum adveniente gloria cessabit. sed predicta imperfectionem habent. ergo cessabunt et hoc est quod dicit. **E**x parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. ideo euacubuntur predicta quae ex parte. i. imperfecte cognoscimus. et ex parte. i. imperfecte prophetamus. **E**t quantum ad scientiam apertum est. quia intellectu infirmo cognoscimus. qui se habet ad manifestissima nature ut oculus noctue ad lucem solis ut dicit phus. **U**nde sicut oculus infirmus videt circulum circa candelam accensam qui non est ibi sed humor inordinatus qui est in oculo fac sic apparere. **S**ic intellectus multa credit se videre in creatura. que ibi non sunt. **T**reno. iiiij. **C**ontenebrati sunt oculi oculi nostri. **I**tez cognoscimus medio tenebroso. scilicet per creaturam. **J**ob. xxxvij. **N**os quippe involvimus tenebris. **D**e prophetia etiam similiter patet. **I**pi enim prophete imperfecte cognoscebat per enigmata scilicet et figuram. **U**nde helyseus qui fuit eximius prophetarum ignorauit etiam mortem filii sumamitis. ut patet. iiiij. **R**egii. iiiij. **S**ic ergo patet quod imperfectionem ista continent. sed cum venerit quod perfectus est quod erit in gloria. quia ibi erunt omnia consummata euacuabitur. quod ex parte est. id est. exilitas cognitionis et imperfectio que est hic in scientia et prophetia tolletur. quia perficietur. sicut tollitur lumen candele adueniente lumine solis. **E**t multomagis euacuabitur donum lingue. **D**einde cum dicit. Cum essem parvus

lus. idem probat per exemplum. **E**t attende quod in parvulo est duplex imperfectio. scilicet loquela et scientie duplicitas scilicet diuinorum et humanorum. **E**t ideo dicit. **C**um essem parvulus loquebar ut parvulus sapiebam ut parvulus. scilicet de diuinis. et de his que nouerint qui habent donum prophetie cogitabam ut parvulus de istis terrenis. quando autem factus sum vir. id est etatis perfecte. euacuavi. id est deposui et dimisi que erant parvuli: et sic dimisi loqui puerile. et hoc respicit donum linguarum sapere puerile et hoc respicit donum prophetie dimisi etiam cogitare puerile. et hoc respicit donum scientie. quia ut dicitur. **I**saie. lxxv. **P**uer centum annorum morietur. **E**t sic quantum ad tria que dicit posuit exemplum. **S**imiliter erit in patria. quia hec tria ad perfectionem transibunt. et sic euacuabitur. **D**einde cum dicit. **V**idemus autem nunc per speculum. probat idem per aliud exemplum scilicet per similitudinem sumptam a modo videndi et cognoscendi: qui est imperfectionis. **D**icit ergo. **V**idemus nunc perspiculum. quasi diceret. bene dico quod scientia et prophetia imperfectionem habent. et hodo debent in patria euacuari. quod patet ex modo cognoscendi. quia nunc in via videmus deum et diuinam per speculum rationalis creature quam est imago dei. et videmus etiam in enigmate. id est in vestigio et in creatura irrationali in qua deus et diuina videntur magis obscure. **E**st enim enigma obscura allegoria. vel obscura similitudo. **O**bscurus enim sermo et mirandus est enigmavit est illud patre propheties occidit matris in alio. quod genuit mater generavit filia patrem. **S**idorus vero dicit quod enigma est questio obscura que difficile intelligitur. nisi aperiatur. ut est illud **I**dicum. xij. **D**e comedente exiuit cibus. **U**nde de mose. qui videbat deum in subiecta rationali creatura et non irrationali. dicitur **R**umeri. xij. **D**re ad os loquor ei et palam regno per enigmata et figuram. **S**icut dictum fuit Ezechieli. **F**ili hominis. ppone enigma et narra parabolam. **E**t nota quod triplex est speculum per quod in ista vita cognoscimus. **P**rimum est nobilissimum et clarissimum scilicet filius dei incarnatus. **S**ap. vij. **C**andorem lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis. **H**oc speculum a indeis fuit consputum ut in eo claram videmus. et fuit affixum cruci. ut in eo cordis

nostri maculas intueremur et abstergemus. **S**e cunctū speculū est sacra scriptura. **J**ac. i. **Si quis p̄spexerit in lege pfecte libertatis. sicut in speculo. **E**t ibidem. **Si quis auditor est verbi et nō factor hic compabitur viro cōsiderati vultum natuitatis sue in speculo. **T**ercius est speculū rōnalis creature. **E**t sic accipitur hic. **A**nde dyo. d. q̄ angelus ē speculū clarissimus. sequit. **T**unc autē sc̄z in gloria videbūt facie. sc̄z nostra ordinata ad faciē ip̄ius dei. i. p̄sentialiter et manife. **J**ohā. iij. **L**um autē apparuerit similes ei erimus. qm̄ videbūt eū sicuti est. **y**sa. iij. **O**culo ad oculū videbūt. **E**t in hac cognitōne om̄ia pfecte cognoscemus. et p̄cōsequens om̄is im̄fectio cognitōis tollet. **N**unc p̄gnosco ex pte. **H**ic quasi adaptat et explanat qd̄ dixerat de cognitōne obscura et manifesta d. **N**unc. i. in plenti vita cognosco ex pte. i. obſcure et im̄fecte. totum em̄ velatum est. **A**nde ysa. vi. dicit q̄ seraphim duabus alis velabant faciē dei et duabus pedes eius et duab⁹ volabāt. **E**t hoc est cognoscerē q̄ speculū in enigmate. **T**unc autē sc̄z in gloria cognoscam. sicut et cognitus sum sc̄z a deo plene et pfecte. q̄r eodez medio cognoscāt̄ deū quō ip̄e me cognoscit sc̄z p̄ esentia dei. **E**t h̄ est videre facie ad faciem. **I**ntellige tamen q̄ p̄ hoc nō intendit cōcludere equalitatē in cognoscendo. **D**eus em̄ in infinitū limpidi me cognoscit q̄ ego possuz ip̄m cognoscere etiā in patria. sed notat per hoc medi cognoscēdi identitatem. q̄r idem erit medium sc̄z essentia divina. **E**t sic p̄z tertium. **Q**uarto excellētiam et maioriātāe caritatis quasi cōclūdēdo subinfert d. **N**unc autē id ē in vita p̄senti manent tria hec. sc̄z fides spes et caritas. **F**ides qua deum credimus. spes qua bonū eternū quod est ip̄e deus speramus. et caritas: q̄ ip̄z super om̄ia diligimus et amam⁹. **E**t hec tria sunt maiora omnibus virtutib⁹ et donis. **V**n vocant̄ virtutes diuine. quia cōiungunt animam deo. **H**ec caritas est maior his duabus sc̄z fide et spe. ergo est maior om̄ib⁹ alijs. **S**i autē plura vis dicere de excellētia caritatis require infra dñica. xij. post trini. in secundo mēbro de euangelio. **E**t sic pat̄z quartū. **I**. **Q** In fine nota q̄ septem puerilia evançare debemus. **P**rimo debemus evançare loqui puerile. i. sine premeditatione. **D**ueri em̄ loquunt̄ quicquid in os venerit. **C**anus h̄ovir circūspecte et cum premeditatiōne loquitur.****

**A**nde de viro pfecto in p̄s. dicit. Lingua eius loquitur indicium. i. examinatam sentēam. **Q** Secundo debemus evançare sapere puerile. i. vt nō simus sapientes circa pua. vt pueri circa nuces et monetā plūbeaz et hmōi vilia et circa maxia insipientes. sicut illi qui circa tempalia que sunt parua bona sunt valde prudentes et circa virtutes et dona valde insipientes. **J**or. xij. **N**olite pueri effici sensibus. sed malicia parvuli estore. **L**alis ē est sapientia terrena animalis dyabolica ut dicit **y**aco. iiiij. **L**ercio evançare debemus cogitare puerile. quod est solum de p̄sentib⁹ vñō solum de p̄senti vita. sed de futura cogit̄ et necessaria preparem⁹ vt imp̄petuū ibi horifice vivamus. **D**e quo habemus exemplum d̄ formica. **D**rouer. vij. **V**ade ad foro piger et cōsidera vi. e. et di. la. q̄ cum non hab. dn. nec p̄cep. nec p̄i. paret ī est. cī. **Q** Quarto evançare debem⁹ nūdicias pueriles q̄ se dent in luto et deturpant vestimenta sua. **S**ic peccatores vestem nuptiale virtutū q̄ digna facit hoīem nuptijs eternī regis. quā cīs de cōtulit in baptismo q̄ lutū peccatorū trahit et dignitatem regiam quia filii eternī regis sūt nō venerantes stant in p̄stibulis et tabernis et ad torquēdas v̄suras. **L**ytū. i. **I**nfidelibus nihil est mundū. sed coiquinate sunt v̄e corp et mens et cōsciētia. **Q** Quinto evançare debemus pueriles mutabilitatem. qui tota die mouent̄ et mutant̄. **S**ic multi vna die vadunt p̄ viam que ducit ad celum et altera p̄ viam inferni. **V**na die edificant. et altera die destrunt. sicut pueri qui faciāt domūculas. **E**ccl. xxxij. **V**nis edificans et altera destruēs. qd̄ prodest illis labor. **I**n codem. xxvij. **H**o sanctus in sapientia sua manet sicut sol. naz stilus ut luna mutatur. **Q** Sexto evançare debemus timorē puerilez. **H**olent em̄ pueri multum timere homines laruatos. **L**enia em̄ magis timent q̄ grauia pericula. **S**ic peccatores habent timorem mundanum. et nō diuinum quia magis timent perdere denarium q̄ celū. **M**agis timent homines q̄ deum. magis statutum ciuitatis q̄ evangelium. magis penas temporales q̄ eternas. **S**ene. Autotatem habemus. sed sonum et vitam puerorum. nec puerorum tm̄ sed etiam infantium. **H**ilicia et hi fortia formidant nos x̄o v̄taq. **Q** Se ptimo evançare debemus amorem et cōcupiſcentiam puerilem. **H**olent em̄ pueri concu-

## Hermo

piscere queq; pulcra.nec attendunt vtrū sint nocina. Sic peccatores omnia quevident domos et agros:et pulcas mulieres cupiunt et non considerant q̄ hec mundana bona multissunt occasio damnationis eterne. Et sic p̄ totū de epistola.

Dominica prima quadragesime de euangelio Hermo.

xxxij.

## Victus est hie

sus in dese rtum a sp̄. Math. viii. Ieiunium xp̄i est exemplum et forma nostri ieunij.q̄ omnis xp̄i actio nostra est instructō. Ioh. vii. Exemplū em d. vo. vt quēad. e. f. 7. v. f. Et ideo priuā die solēni nr̄i ieunij. scz dñi ca prima q̄dragesime in ecclesia recitas vt si deles in eo cōspiciant q̄ntum et quō debeat ieunare. Circa qđ ieunium quatuor principaliter in hoc euāgelio describunt. Primum est ip̄i xp̄i ieunū cum suis pambulis qđ p̄git. in principio euangelij. Secundū ē pugna quā p̄ ieunū habuit. ibi. Et accedēs tēp. d. c. s. f. d. es. zc. Tercia ē victoria quā i pugna obtinuit. ibi. Tūc reliquit cū dyabolo. Quar tum est corona quā ex victoria meruit. ibi. Et ecce angeli ac. vii. ei. Primo ergo ponitur xp̄i ieunium cum suis pambulis. et ideo circa primum duo ponunt. Primum em ip̄a pie ambula xp̄i ieunij narrant. Secundo ip̄i xp̄i ieunium subinfert. ibi. et cum iein. zc. Die ambula aut sunt quatnōr. scz dies in qua ieunare incepit. locus vbi ieunauit. mouēs qđ em ad ieunādū mouit. et finis quem in ieunando habuit. Primo ergo ponit t̄pus et dies q̄ xp̄c ieunare incepit. q̄ starim post baptismū codem die quo baptizatus ē et spūstāctus sup eum in colubē specie descēdit. intravit desertum ad ieunādū et orandū. qđ pat̄ ex euāgelij originali. vbi dī. Tunc duc. ē ie. in deser. i. statim eo baptisato. scz in die epiphānie. et ideo in illa die. xl. iniciat vbi dat salutare exemplū vt qui vult in ieunio christū imitari. deb̄ primo baptizari baptismō spiritus et lacrimarum per veram contritōem et confessionem. vt recipiat spiritum sanctum. in cōrobore possit vicia et demonia expugnare. Philip. viii. Omnia poss. i eo. qui me conforat. alia nullo modo posset. Et inde est q̄ pecatores ieunantes ita peccant in. xl. sicut pri mo. quia spiritum sanctum non recipiunt. cm̄

## .XXXII.

virtute possint dyabolo et peccatis resistere. Et ergo quilibet debet in principio quadragesime confiteri. et lauari et spiritum sanctum recipere. quia tale ieunium non solum virtutem resistendi peccatis habet. sed etiam q̄ntū ad meritū valet in centuplo plus q̄ si de mortali conscientia habeatur. Meretur em vita eternam. Propterea dicitur ysa. i. Lanamini mun. es. auf. ma. co. ve. ab o. m. Multi lauant manus suas solū post comedionē vt illi q̄ in fine quadragesime postieunium confitentur. in temporale eternum premium committantes. Sed sicut nobiles lauemus ante et p̄ manus. Secundo ponitur locus vbi christus ieunauit. quia in deserto. Desertum em dicit a deserteione omnis boni corporalis q̄ nec delicata cibaria. nec iocunda societas. nec suaves melodie. nec delicie aliquae sunt ibi. per quod signatur q̄ ieunium nostrum deb̄ esse a delichis separatum. Et ideo ecclesia ordinat q̄ cibaria delectatia vt carnes oua et caseus. in hoc ieunio penitus nō gustentur. Sunt autē multi qui ita deliciose et intantum comedunt q̄ nullam austerritatem vel penam sustinent in ieunando. qui licet q̄ntum ad culpam vitando mandatum ecclesie seruent. tamē q̄ntum ad meritū et satisfactōem sunt quasi reputandi non ieunare. ysidio. Spēnatur ieunium qđ delicijs compensatur. Unius ratio est. q̄ ieunium indicatur vt caro dometur et puniat. et spūi subiectat. et vt carnis vičis et concupiscentijs facilius resistatur. Qđ totū evacuat p̄ illos q̄ sic ieunat. Et iō n̄ servant preceptū de ieunio q̄ntū ad interōem legislatoris. qđ dñs reputat q̄si nō factū. Zacc. vii. Quā ieunaretis nunqđ ieunū ieunastis mihi. q. di. non. Tale est ieunium saracenoꝝ qui omnia comedibilia sua bona seruant et comedunt in sua execrabilis quadragesima. Carrissimi differre debet ieunium xpianoz a ieunio saracenoꝝ. Item sicut desertum a deserteione nomiatur. ita homo i hoc sacro ieunio debet deserere vicia et peccata. ysa. lviii. Hoc est ieunium qđ elegi. dissolute colligatōes impietatis: solue fasciculos deprimētes. Quia vt dicit Hiero. Qui ieinnant et prava agūt demones imitant. Debet em bō deserē mundum in hoc sacro ieunio q̄ntum pot. Quia vt dicit i. Job. v. Totū mū. in malo. p. ē. ysa. liij. Exite de medio eius popule me⁹ et ne participes sitis inquinacionis. Carrissimi dese-

Lore  
Deserto

Deserto non potest.

ramus in hoc sacro ieiunio mundū et peccata  
et faciamus cū deo pacem. et si nō pacē. treu-  
gam tamē aliquā cōponamus: vt euī nīn in hoc  
sacro tempe īmpugnem⁹. qz durū nobis esse  
deberet semp cōtra stimulū calcitrare. ¶ Ti-  
mendum est valde ne deus nobis irascat. qz  
einō est qui possit resistē. Job. ix. Deus cuīs  
ire resistere nemo p̄t. et sub quo curvant⁹ qui  
portant orbem. Quis em̄ deus sit valde dul-  
cis. tamē si irascit⁹ est valde fortis. Acetū em̄  
qđ fit ex dulcivino magis est potens qđ qđ fit  
ex labrusco. Hebre. x. Horrendū est incidē i  
manus dei viuētis. ¶ Tercio ponit mouens  
qđ xp̄m ad ieiunandū monit. qz ductus a spi-  
ritus sancto. vt dicit Greg. Spiritus sanct⁹ er-  
go eum mouit. Unde ali⁹ euāgelist⁹ di. Ex-  
pulit eum sp̄us in desertum Mar. j. Abino-  
ta qz hypocrita qui ducit⁹ ad ieiunandū. et ana-  
rūs qui ducit⁹ ab auaricia. et qui nō habet qđ  
comedat. libēter em̄ comedet⁹ si haberet. et  
qui non habet appetitū comedendi et de hoc  
dolet. et qui ieiunat. ppter infirmitatem vt sa-  
netur. et qui ieiunat vt postea melius come-  
dat. vt gulosus. omes isti nō ducunt⁹ ad ieiun-  
andū a sp̄us sancto. et iō oēs tales nō remu-  
nerant⁹ a sp̄us sancto. s̄ ab eo ppter qđ ieiuna-  
uerunt remunerati sunt. Mar. j. Amen dico  
vo. re. mer. s. Carissimi nō sim⁹ de numero ta-  
lium sed moueat nos sp̄us sanctus. ¶ Quarto  
ponit finis. ppter quem xp̄c desertū ad ie-  
junandum intravit. qz vt temptaret⁹ a dyabo-  
lo. xp̄c em̄ venit vt gigas humanae nature. et  
ideo sp̄ote init ad campū seu locū certamis  
vt cū dyabolo certamē singulare iniret. vt qz  
omes vicerat vinceretur a solo. et qz xp̄c victo-  
rem omes ab ei⁹ potestate liberarētur ad re-  
gnū finaliter trāstūri. Collo. j. Qui eripuit  
nos de potestate tenebrarū. i. demonūz trās-  
tulit in regnū filij dilectionis sue. Unde can-  
tamus. Caput diaconis saluator. cōtruit ab  
eins potestate nos omes eripuit. Et hoc est  
qđ xp̄c ostēdit. Luc. xj. d. Cum fortis ar. cus.  
at. suū i pa. s. oī. q pos. si aut for. eo supnen. vi.  
e. vii. ar. eius auf. in qui. ph. 7 spo. ei. dis. ¶

finis

¶ Et attēde qz i hoc xp̄m imitari velle nō te-  
bemus. vt scilz a dyabolo velimus temptari  
quinpotius petimus qz tide d. Etne nos in-  
duc. in tempt. Mat. vi. Quis em̄ temptari et  
nō supari dignū sit corona tamē temptari vel  
le presumptuosum est. nisi quis vt christus es-  
set de victoria cert⁹. qui erat firmatus i bono

nec poterat vinci. Sicut statue episcopalis ē  
pectus tamen velle episcopari est p̄sumpta-  
osum nisi cum adiectione. velle bene se habe-  
re. sicut di. aplus. j. Lib. ij. Qui episcopatus  
desiderat bonum opus desiderat. Oportet  
episcopū modestū esse z̄. Sed illud vt tene-  
tur cōsecutiue quo ad nos. qz quādō deser-  
tum penitentie intramus hoc consequimur.  
quia tunc a dyabolo maxime tēptamur. Ec-  
clēias. ij. Fili accedens ad seruitutes destra i  
iusticia et timore: et prepara animam tuā ad  
temptationem. quia vt dicit Gregorius. I  
los pulsare negligit quos quieto iure posside-  
re se sentit. Hic cadit exemplum illius qui vi-  
dit in ciuitate solum duos demones. et supra  
monasterium multa milia. Et sic patet pre-  
ambula ieiuniū christi. ¶ Secundop  
nitur ipsius christi ieiuniūz quod peregit. qz  
cum ieiunaz quadraginta diebus. Abino-  
ta qz ieiunium est satisfactoriz. conservatiū  
et meritorum. Propter primū ieiunant pe-  
nitentes. propter secundū et tertium ieiunaz  
innocentes. qui non habent satisfacere. s̄ in-  
digent conservari et mereri. Nollo aut isto-  
rum modorum christ⁹ indiguit ieiunare. Pō  
primo modo. quia peccatum nō fecit. nec co-  
inventus est i ore ipsius. vt dicit. j. De ij. Si  
militer nec secundo modo. cum conservari nō  
indigeret. cum esset confirmatus in bono. im-  
mo ipse alios confirmabat. Nec tertio modo  
quia mereri nō indigebat cum ab instanti se  
cōceptionis fuit infiniti meriti et premij eo qz  
eius anima verbo erat vñita. et qz cōsequēs sp̄  
erat in gloria et beata. licet qz tū ad primū  
accidentale meruit resurrectōis gloriā. et in-  
ter omnū fieri bñ humana naturā. Pō pro-  
pter ea que passus ē meruit gliam resurrecti-  
onis et supēxaltari bñ humana naturā. Phi.  
ij. Humiliavit semetipm. Et sequitur. Pro-  
pter qđ et deus exaltavit illum. et te. il. no. qđ  
est su. om. no. Ieiunavit ergo solū ppter nos  
vt nos ad ieiuniūz inuitaret. Si em ipē qz nō  
indigebat ieiunare ieiunavit. quātō magis nos  
qui multū indigem⁹ debem⁹ ieiunare. Iei-  
unavit etiā vt ieiunio autoritatē daret. Si em  
ieiuniū solū esset ab ecclia institutū vilipēdere-  
tur et a discolis dicere. Quare xp̄c nō iei-  
unavit. si nos voluit ieiunare. Et sic patet qua-  
re ieiunavit. ¶ H̄z quare tāto tempe ieiuna-  
vit ad p̄sens sufficiat triplex rō. P̄ua ēfigu-  
ralis. Secunda est ex pte nostri. Tertia est etiā

parte dei. Ratio figuralis est. quia ut dicitur. beatus Gregorius. Virtus decalogi per quatuor libros sancti euangeli custoditur. Denarii autem numerus quater ductus surgit in xl. Tunc ergo decalogi mādata perficimur. cum quatuor libros sancti euangeli custodimus. Virtus autem et perfectio penitentie in custodia mādatorum et sancti euangeli consistit. Vix illud. Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Propterea a Christo xl diebus ieiunauit ut daret intelligi quod penitētia quā in ieiunio representat p̄ quadragenariū numerum perficit et figuratur. ppter ea etiā moyses et belyas. xl. diebus ieiunauerunt. Ratio ex parte nostra est. quia ut dicitur Gregorius. nos quā in hoc mortali corpore et quatuor elementis subsistimur. per cuius corporis voluptates preceptis dominicis contrainsumus. que p̄ decalogum sunt accepta quia ergo per carnis desideria. que ex quatuor elementis causantur. decalogi precepta consumimus. quare dignus erit carnē quaterdecies affligamus. Apoc. xviiij. Quātū gloriā se et in deo. fū. rā. da. il. tor. et luctū. Ratio ex parte dei est quod deus voluit et semper vult quod omnia bona nostra ab eo recognoscantur. tanquam feudarii feudum recognoscant a rege. Mat. xviiij. Simile est regnum dei. ho. re. q̄ vo. ser. su. et tra. il. bo. sua. j. Cor. iiiij. Quid habes quod non acceperisti. Et in huius recognitōem deus decimas et primicias mādauit sibi offern. In alia autem bona quā a deo hēmus ē tuis. et iō ut decima et primicias tuis deo offeram. xl. diebus ieiunare debemus. Nā. xxvij. dies sunt decima toti annī et aliquātulū plus ut potius hō quod de recipiat. Tres autem dies ieiunij quatuor temporū semper in quadragesima veniunt. quod p̄ primicias computantur. Duodecim enim dies ieiuniorū quantum temporū hām. xij. menses p̄ primicias computantur. Nā primicia ē de. xxx. p̄ tib⁹ una. Et iō. p̄ quolibet mēse una die ieiunare debemus. ut primicias deo reddam. Tres ergo dies quā tuor tempore. quod semper in quadragesima eveniunt adiuncti. xxxvij. faciunt xl. Et iō. xl. diebus ieiunauit. ut ostēderet quod tantidē nos ieiunare debemus. ut deo decimas et primicias tuis offeram. Et ppter ea quā ip̄cedētes dies sūt ad diū ad. xl. ut numerus quadragenariū sit cōpletus quā ieiunare debēt. Et nota quod in his omnibus xl. diebus non ē passus famē. sed in fine diei esurīt. Et hoc ē quod dicitur. Et cū ie. xl. di. et. xl. nocti. esu. Quod est cōtra multos. quā in ieiunio nullā famē sustinere volunt. sed in media die statim p̄ me

dunt dum famescunt. Et etiam addit noctes ne diceretur comedere in nocte. Quod autem tot diebus ieiunare potuit diuinitatis fuit. et quod postea esurīt humanitatis fuit. et sic patr̄ primū. Secundo ponit pugnam quam christus post ieiunium habuit. quia accedit tempore. ubi nota quod sicut Gregorius. tota ista temptatio non interior sicut exterior fuit. Nos vero ex corruptiōe primorum parentum natū et interior et exterior temptata sumus. sed christus accepit carnem sine concupiscentia aliqua de statu primorum parentum ante peccatum. Unde sicut primi parentes ab eodem temptatore. scilicet lucifero solum exterior temptati fuerunt. sic et Christus. Ide ergo temptator fuit. et de eisdē vicijs temptauit et eodem modo nisi quod tunc intravit serpētus et p̄ ipsum loquebatur. modo autem formauit unū corpus hominis de aere in quo loquebatur et videbatur hō et venit ad Christum in desertū quod erat int̄ hiericho et bierusalē et habuit barbam. plixas more indeoq; vultum dimissum in terrā et habitū religiosū. p̄tēdebat enim exterior magnā sanctitatē et in modo loquens magnā prudentiā. et quod si videbatur quod venisset ad eum visitandi causa. Et quod astutus et callidus temptator homini perfecto deputatus ad pugnam. Christus autem et adam fuerunt perfectiores homines qui vincere fuerunt. Lucifer autem quod p̄ excellētiā temptator dicit ab effectu suo omnibus alijs demonib⁹ est callidior et sagittior. et ideo cōtra primū hominem pugnauit et vicit. Et similiter contra Christum pugnaturus accessit quem non vicit. sed ab eodem totaliter est deuictus. Et attende quod demones cadentes de celo ad homines expugnandum in hoc aere caliginoso pariter remanserunt: et hoc est quod hic dicitur. Et accedens temptator. Temptauit autem Christum de tribus de quibus priores parentes temptauit et oīes temptat. Nam p̄ mos parentes primo de gula temptauit dum pomū pulchrum visu et delectabile ad vescendum ostendit. Secundo de superbia temptauit dum eis dixit. eritis sicut dei. Tercio de auaricia temptauit. dum subiunxit scientes bonum et malum. De auaricia ergo et cupiditate sciendi temptauit. Nam ut dicitur Gregorius. non solum est cupiditas in appetitu habendi tib⁹ scilicet etiam in appetitu scie. quod de auaricia rerū eos temptare non poterat. cum ip̄si fuerint p̄ deum bonorum omnium mundi et domini constituti. ut patr̄ Sen. i. De his tribus sicut dominus temptauit. scilicet gula superbia siue vanagloria et auaricia regit. Primo ergo Christus temptauit de gula. dicens. Si si. dicitur.

z. pugna quā ex pugna  
invenit habuit

z. fōr tentauit

*XXX.*

**H**ic ut la. is. pa. f. Greg. In pugna xp̄i p̄io cōtra ḡlam agit q̄z n̄i p̄i hec refrenetur stra cōtra alia vicia laborat. Estēm gula clausura portarū sine porta castri. et ideo n̄i ip̄a bene firmet et custodiat om̄es inimici intrabunt q̄z ip̄a inimicis aditum pandit ut prelietur. Et attende q̄ dyabolus principaliter experiri volebat an xp̄c filius dei esset et id ait. si. si. dei tc. Habebat em̄ rōnes pro et cōtra. Dum em̄ opera solius dei euz facere videbat credebat eum esse deum. sed dum h̄uana faciebat credebat eū ē hoīez. Quia si sciuiss̄ eū fuisse filium dei et p̄ eius mortem principatum mundi sibi p̄ eum auferri. nunq̄ temptass̄ eū nec p̄curasset eum crucifigi. vt dicit Augu. i. Cor. ii. 1. Si em̄ cognosc. nunq̄ dominus glorie crucifixiſſent. i. crucifigi. p̄curassenſ. Sed xp̄c ita sapienter respōdit q̄ ſemp in dubitatione eum reliquit di. Non i. ſo. pa. v. b. tc. q. d. Si ap̄teris mibi potius deberes compati aīme q̄z corpori tanq̄ meliori. et p̄ſuadē mibi cibū aīme. qui eſt verbum dei. quod habet aīmā illuminare. Ps. 1. Lucerna pe. m. v. t. habet aīmā sanare. Ps. 11. v. s. et fa. e. Cap. xvij Neq̄ berba neq̄ malāg. i. emplastry sanauit eos. sed sermo tuus dñe qui sanat vniuersa. Habet aīam debilitatā ſuſtētare. Ps. 11. Danis. i. verbum dei. cor homis cōfirmat. Habet aīam pollutam mundare. Job. xiiij. Jam vos mundi eſtis ppter sermonem quē locut̄ ſum vobis. Habet aīam impugnatā defendere et liberare. Ephe. v. Saleam ſalutis aſſumite. et gladium ſp̄us qd̄ eſt verbum dei. Hebr. iiiij. Alius eſt sermo dei et efficax. et penetrabilior om̄i gladio ancipiti. Habet aīam letificare. Luc. i. Ex quo fc. ē v. la. t. in au. m. exul. tc. Et habet aīam beatificare. Luc. xj. Beati q̄ au. ver. d. et cu. il. Ergo ſi ver. dei cōferat tot bona. hoc debuſti mibi p̄ſuadere. et nō cibū qui p̄it. Job. vi. Opam non cibū q̄ pit. ſi qui p̄manet ivitā eternā. Cel. q. d. Ali' ē mod' vi uēdi q̄z p̄ cibū materialē. Nā moyses in collo quio diuino. xl. diebus et. xl. noctibꝫ ſimiliter ieunauit. vt patet Exo. xxxij. et ideo ſine pane poſſum viuere contemplādo deum. Se cōndo temptauit eum de vana gloria cu euz in sanctam ciuitatem aſſumpſit. ſez hierufale ſupra pinnaculum templi ſtatuiens. Sz nnn. quid videbatur dyabolus euz deportat̄. Reſponſio. Credebat em̄ demon videri. ſed xp̄c ſic agebat q̄ a nemīc videbat. Et ſicut dicit Grego. Non eſt mirum ſi xp̄c a dyabolo ſe portari permisit cum a membris suis ip̄e permisit ſe crucifigi. Nonne membrum dyaboli fuit pylatus et uide crucifigētes immo tota liter dyabolici; et dyabolo peiores fuerunt. Statuit ergo ip̄m ſupra pinnaculum templi vbi leuite ſtabant ad legem populum docendum. Quoddam repagulum fuerat ad modum pulpiti predicatorum in facie templi in alto cōſiſtens. Et ait illi. Si filius deies mitte te deorū ſum. et hoc ſecure potes face. Quia ſcriptum eſt in Psal. quoniam deus mā. an. ſnis de te. vt cul. te ne for. offen. ad la. pe. tu. Duo intendebat dyabolus. Quia ſimiliter ſe et non leuiſſet ſe. temptaſſet eū de vana gloria. Si autem fuſſet Iefuſ temptatione cum de murmure et impatientia. ſicut ianulum monachum quez dyabolus trahens in ſpotia per eccleſiam di. eum ad paradiseum veſe ducere dum eſſet prope tectum proiecit ad terrā. Et per hoc experiri volebat an eſſet filius dei. Sed xp̄c non fecit quod dyabolus intendebat et ita caute respondit q̄ ſemp ei in dubitatione reliquit. et ſicut dyabolus allegabat ſcripturas. ita christus respondebat per ſcripturas: dicens. Scriptum eſt Deutro. vj. Non temptabis dominum deum tuū. Tempore deum eſt quando homo per virtutem a deo ſibi datam potest ſe tueri et conſeruare ſalutem et vitam ſuam. et ipſe non vult eſſe ſed committit ſe fortune et prouidentie dei. dicens. Adiunet me deus ſi vult. Quod apostolus prohibet dicens. j. Corin. x. Neq̄ tempraueritis deum ſicut quidam eorum et aſſe pentibus perierunt. Contra quod apostolus dat nobis exemplum in multis vt quando apellauit ad cesarem in indea. vt p5 Act. xviij. Et quando da māſci ſe fecit de muro reponi in ſpotia vt euaderet manus inimicorum. vt patet. j. Corin. xj. Et quando in grecia dixit ſe ciuem romanum. Actuū. xxiij. vt nō ſaſſellaretur. Et quando aſſeruit ſe phariseum. propter quod pharisei rixati ſunt cum ſadaceis. et paulus eugſit. vt patet Actuum. xxiij. Hulce ergo loquuntur qui dicunt q̄ omnia ſunt predestinata et de necessitate eueniunt. Multa em̄ p̄ ſe homo precanere. et multa potest facere et dimittere. Eccl. xv. Deus ab initio coſtituit hominem et reliquit eum in manu consilij ſui. In eodem. xv. Ante hominem vita et mors. apposuit tibi ignem et aquā. ad

*Lebūm 9. 63*

# Sermo

## .XXXIII.

quodcunq; volueris porrige manū tuā. **T**er-  
cio temptauit eum ex auencia cū duxit eum  
in montem excelsum et ostēdit ei om̄ia regna  
mundi et gloriā eorū dī. **H**ec om̄ia dabo tibi  
si cad.ad.m. **I**n quo mentiebat sicut mēdā  
tēt et pater eius.qz nec regna nec gloria eorū  
eins erant.nec poterat elargiri. **E**t attēde q;  
adorari dyabolus petit tanq; supbus. et glo-  
riam dei sibi usurpare desiderans. qz supbia  
eoz semp ascendit. vt dicitur in **Psal.** Om̄i-  
nes ergo qui ab homībus gloriā desiderant  
et honorem. imitantur dyabolum. **S**apiē.ij.  
**I**mitantur aut̄ illum qui sunt ex parte illius.  
**E**x nota quia malefici et diuini et sortilegi z maf-  
titales offendunt dēm. qz honorem deo de-  
bitum dyabolo impeñdūt. dum aliquas lobb-  
uantias faciunt et p; eum et ab eo aliquid vo-  
lunt habere et scire. **E**t iō oēs tales mandauit  
dens in ve.te.occidi. **E**xo.xiiij. **M**aleficos et  
diuinos non patiaris vivere. **Q**uia q; honor  
soli deo debitus dyabolo conferat. nullo mō  
tolerare debemus. **E**t ideo christ⁹ in oībō tē-  
piationib⁹ alijs dyabolum patienter sustinu-  
